

metaphysico Præceptorem, etiam ex Nostratibus plerique ple-
 runque sequuntur; prout cit. ap. Dn. D. Jac. Mart. Disp. 4. de
 causa Peccati §. 2. p. 158. in Disp. 18. Metaph. sect. 3. n. 13. p. m.
 390. Quæcunque verò ratio fuerit, in eandem altius &
 prolixius inquirere nostrum jam non fert institutum:
 Præter hypothesein enim & axioma: quicquid agit, agit
 per potentiam sibi superadditam utrinque receptam, re-
 spexisse nobis sat sit, ad naturales & ordinarias creatura-
 rum operationes quæ quod contra scotistas diximus mo-
 dò, comprobabunt ipsæ. Enim verò Ignis non immediatè
 per essentiam suam, sed per caliditatem calefacit, neque aqua
 per suammet Entitatem sed frigiditatem frigefacit, ita Canis
 per potentiam latrandi latrat, Equus per potentiam hinnien-
 di hinnit, Leo per potentiam rugiendi rugit, sic homo per po-
 tentiam volendi vult, hoc est, quod dicitur. Nulla creatura
 immediatum suarum actionum est Principium, verba sunt
 Beatiss. Sperlingii synopsis. Anthrop. l. 1. c. 2. q. 1. p. m. 25. Quod
 ipsum non minus per Philosophorum hypothesein ut cer-
 tum & alibi data occasione forsitan prolixius deducen-
 dum hoc loco præsupponendum erat. Conferantur in-
 terim contra Durand. in 2. Distinct. 3. q. 5. complures Scho-
 lastici, unum nobiscum hac in parte cornu inflantes & à
 nobis stantes: nominatim Thom. 1. p. q. 54. art. 3. & commen-
 tatores in 1. Dist. 3. Speciatim Albertus art. ult. Bonavent.
 q. 3. Alexand. Alensis 2. p. q. 65. Membr. 1. Altisiodor. l. 3.
 summ. tr. 10. q. 6. Anselm. lib. de casu Diaboli & lib. de con-
 cord. præsc. & prædest. c. ult. alleg. Fr. Suarez Disp. 35. Metaph.
 sect. 4. n. 16. p. 296. tradita quoque eadem est à B. Scheibl. l. 2.
 Met. c. 4. punct. 3. p. 416. præeunte Zabarella de facult. Anim.
 c. 2. Conimbr l. 2. de anima c. 3. q. 4. a. 2.

§. 6. Explicato igitur huc usque intellectiois An-
 gelicæ Principio, quid de illius modo habendum nunc
 expedi-

blispup